

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Reuerendo uiro, D.N.N. pastori ecclesiae Dei in inclyta urbe Bremi, fratri  
suo charissimo, S.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

qui utilia suadere possunt: tamen pro nostra sincerâ amicitia ego uobis suadeo, ut si inspectores offerunt pensiones annorum quinq; sitis contenti hoc munere, nec pugnetis de summo iure. Videtis quàm turbulenta insistent tempora. Quare Deo commendemus nos, & nunc de institutione iuniorũ pia cogitemus, quibus qualem Deus Republicã post aliquot annos daturus sit, nunc scire non possumus. Sed habeant uaticum, scilicet pietatem & eruditionẽ, ut possint usui esse Ecclesiæ, qualiscunq; forma erit imperiorum, quorum timeo ruinas non leues. De Prusiaco negotio quaeso ut hoc agatis, ut communis responsio mittatur à nobis & à uobis, & Marchionis Ioannis concionatoribus: ne maiora disidia orientur. Die Octobris 27.

Turcicus exercitus profligatus est. Oremus filium Dei, ut nobis adsit. Bene ualete, die Andrea.

Reuerendo uiro, D.N.N. pastori Ecclesiæ Dei in inclyta urbe Bremi, fratris suo charissimo, S. D.

Reuerẽde uir, et charissime frater: Præterita uirtuperari possunt, mutari non possunt. Ideo nec de clade, nec de causis disputo: sed doleo extinctũ esse Principem, cuius excellens uirtus fuit: ut in hac potestissima pugna etiam ostendit, in qua proditus et desertus, Deo inuante uicit tamen. & oro filiũ Dei,

ut

ut Ecclesias harum regionum protegat & gubernet. Magna mutatio totius Germanici imperij impendet. Rege Angliæ mortuo, iam regnum Anglicum Imperatori commendatum est: & ipse occupatus noui regni constitutione, sinet Germanos inter sese tumultuari. Sed Deo cura erit Ecclesia, sanguine Filij redempta. Nos uerò tot exemplis horum annorum commonesacti, sumus ardentiores in inuocatione. Te oro, ut quoties erit occasio, ad nos scribas. Stoltius ex Prussia cum reliquo comitatu redijt. Menius propter febrem iter facere non potuit. Vitam redeat saluus & incolumis. Sed nihil responsum est, nisi principem curaturum, ut synodus in Germania habeatur: hæc responsio est  $\alpha\upsilon\mu\alpha\ \pi\omicron\lambda\epsilon\tau\iota\kappa\omicron\upsilon\ \tau\tilde{\epsilon}\ \lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon$ , ut Thucydides nominat. Bene uale, die 20 Julij. Salutem opto D. Kitelio collega, & alijs amicis.

Clariss. uiro, D. Christophoro Pannonio, fratri suo charissimo

*Saubertij 14.*

S. D. Clarissime uir, et charissime frater: Multa exēpla humane infirmitatis intra octo annos uidi-mus, quæ mihi ingentē dolorē attulerūt. Sed profecto ualde anxietas me interitus uiri præstantis sapientia & uirtute, doctoris Hieronymi Schurpffij, & propter alia, et quia priuatim cum uerè dilexi. Ad-iunxerat